## PREFACE FOR CHRISTMAS

VERE dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper, et ubíque grátias agere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Quia per incarnáti Verbi mystérium, nova mentis nostræ óculis lux tuæ claritátis infúlsit: ut dum visibíliter Deum cognóscimus, per hunc in invisibílium amórem rapíamur. Et ídeo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatiónibus, cumque omni milítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus sine fine dicéntes:

IT is truly meet and just, right and availing unto salvation that we should at all times and in all places give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty and everlasting God. Because by the mystery of the Word made flesh the light of Thy glory hath shone anew upon the eyes of our mind: that while we acknowledge Him to be God seen by men, we may be drawn by Him to the love of things unseen. And therefore with angels and archangels, with thrones and dominions, and with all the heavenly hosts, we sing a hymn to Thy glory, saying without ceasing:

## PROPER COMMUNICANTES OF CHRISTMAS

COMMUNICANTES et diem noctem sacratíssimam celebrántes, qua beátæ Maríæ intemeráta virgínitas huic mundo édidit Salvatórem: sed et memóriam venerántes, in primis ejusdem gloriósæ semper Vírginis Maríæ, Genitrícis ejúsdem Dei et Dómini nostri Jesu Christi: sed et…

IN communion with, and keeping that most holy night, in which the spotless virginity of the blessed Mary brought forth a Saviour to this world, venerating also in the first place the memory of the same glorious ever Virgin Mary, Mother of the same Jesus Christ, our Lord and God; also of…

## COMMUNION: MATT. 2. 20

Tolle púerum et matrem ejus, et vade in terram Israël: defúncti sunt enimn qui quærébant ánimam púeri.

Take the Child and His mother and go into the land of Israel: for they are dead who sought the life of the Child.

## POSTCOMMUNION

Per hujus, Dómine, operatiónem mystérii, et vítia nostra purgéntur, et justa desidéria compleántur. Per Dóminum.

By the virtue of this mystery, O Lord, may our vices be purged away and our just desires fulfilled. Through our Lord.



# Proper Prayers of the Mass
# Sunday Within the Octave of Christmas
# Provided Courtesy of Una Voce Orange County




*St. Stephan, the First Martyr.*

## INTROIT: WISD. 18. 14-15

DUM médium siléntium tenérent ómnia, et nox in suo cursu médium iter habéret, omnípotens sermo tuus, Dómine, de cælis a regálibus sédibus venit. *Ps. 92. 1.* Dóminus regnávit, decórem indútus est: indútus est Dóminus fortitúdinem, et præcínxit se. ℣. Glória Patri.

WHILE all things were in quiet silence, and the night was in the midst of her course, Thy almighty Word, O Lord, came down from heaven from Thy royal throne. *Ps.* The Lord hath reigned, He is clothed with beauty: the Lord is clothed with strength, and bath girded Himself. ℣. Glory be to the Father.

## COLLECT

Omnípotens sempitérne Deus, dírige actus nostros in beneplácito tuo: ut in nómine dilécti Fílii tui mereámur bonis opéribus abundáre: Qui tecum vivit.

Almighty and everlasting God, direct our actions according to Thy good pleasure: that we may deserve to abound in good works in the name of Thy beloved Son: Who with Thee liveth.